



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1847

CLVII. Ablassbrief des Erzbischofs Otto von Aker für die Petri-Capelle, am 1. Mai 1312.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54048)

testimonium presentes dari fecimus, sigilli nostri appensi munimine firmiter communitas. Testes hujus sunt venerabilis pater et dominus, Otto archiepiscopus Magdeburg., Rudolphus et Otto, duces Saxonie, et Albertus, princeps in Anehalt et Albertus, nobilis dominus in Barbi, Wernerus miles de Anvorde, Bernardus dominus in Ploftzik nec non Johannes de Belitz, nostre curie protonotarius, et alii plures fide digni. Datum Brandenburg anno domini M°. CCC°. XI^{mo}. in die decollationis beati Johannis baptiste.

Nach dem Originale.

CLVI. Ablassbrief des Erzbischofs Heinrich von Cöln für die Petri-Capelle auf der Burg Brandenburg, am 30. März 1312.

Univerſis Chriſti fidelibus presentes litteras inspecturis. Nos Hainricus, dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri Romani imperii per Italiam archycancellarius salutem in domino sempiternam. — Cupientes igitur, ut capella sancti Petri Brandenb. dyocesis et ejusdem civitatis extra muros sita congruis honoribus frequentetur et a Chriſti fidelibus jugiter veneretur, omnibus vere penitentibus et confessis qui ad ipsam capellam in festivitibus sancti Petri, nativitatibus domini nostri, Jesu Chriſti, resurrectionis, ascensionis et pentecostes, in omnibus et singulis festivitibus beate Marie semper virginis nec non in festivitibus omnium apostolorum, in commemoratione omnium sanctorum, in dedicatione ejusdem capelle, in octavis festivitatum predictarum octavas habentium causa devotionis et orationis accesserint annuatim vel qui ad fabricam predictae capelle manus porrexerint adjuvantes, de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli, apostolorum ejus, auctoritate confisi XL dies indulgentie de injunctis eis penitentibus misericorditer relaxamus, dummodo dyocesani ad id voluntas accesserint et consentus. Datum Vienne anno domini M°. CCC°. XII°. III Kal. April, pontificatus domini Clementis pape quinti anno septimo.

Nach dem Originale.

CLVII. Ablassbrief des Erzbischofs Otto von Aler für die Petri-Capelle, am 1. Mai 1312.

Univerſis Chriſti fidelibus presentes literas inspecturis nos Otto, dei gratia Acherontine ecclesie archiepiscopus, salutem in domino Jesu Chriſto. Splendor paterne glorie, qui sua mundum illuminat ineffabili claritate, pia vota fidelium ut clementissima ipsius majestati sperantium tunc benigno favore prosequitur, cum devota ipsorum humilitas sanctorum precibus et meritis adjiciatur. Cupientes igitur, ut capella sancti Petri, Brand. diocesis et ejusdem civitatis, congruis honoribus frequentetur et a Chriſti fidelibus jugiter veneretur, omnibus vere penitentibus et confessis, qui ad ipsam capellam in festivitibus nativitatibus domini nostri Jesu Chriſti, resurrectionis, ascensionis et pentecostes ac in omnibus et singulis festivitibus beate Marie semper virginis et in festis beati Petri apostoli et in

festivitatibus omnium apostolorum, in commemoratione omnium sanctorum, in dedicatione ejusdem capelle et in octavis festivitatum predictarum octavas habentium causa devotionis acceperint annuatim, vel qui ad fabricam sepedicte capelle manus porrexerint adjutrices, de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli, apostolorum ejus, auctoritate confisi, quadraginta dies indulgentie de injunctis sibi penitentiis misericorditer in domino relaxamus, dummodo diocefani voluntas ad id acceperit et consensus. Datum Vienne anno domini M. CCC. XII. Kal. Maji, pontificatus domini Clementis, pape V, anno septimo.

Nach einer Copie im alten Copialbuche.

CLVIII. Der Herzog Rudolph von Sachsen verkauft das Dorf Vrederisdorf an den Propst und an das Domcapitel unter gewissen Bedingungen, am 9. Dezember 1313.

— omnibus — innotescat, quod Rudolfus illustris dux Saxonie, vendidit villam in Vrederikestorp ac proprietatem ejus cum omni jurisdictione ac pertinentiis libere ac plene, sicut ipse possedit, ecclesie Brandenburgensi in perpetuum possidendam: bona vero ab ipso duce in eadem villa inphedata ecclesie Brandenburgensi a pheudatariis liberare valeat sub hac forma, videlicet ut unicuique pheudatario a preposito predictae ecclesie sua bona in pheudum recipere nolenti pro quolibet frusto pheudi dabit quinque marcas argenti Brandenburgensis ponderis et monete. Preterea ecclesia Brandenburgensis dat predicto duci Rudolfo plenam ac liberam optionem ad reemendum illam villam, scilicet Vrederikestorp, infra triennium a festo nativitatis nunc venturo usque ad tres annos continue numerandum in hunc modum: scilicet si in primo anno predictam villam Vrederikestorp reemerit, tamen totam jurisdictionem servitium et precariam ac penitus quicquid de sepedicta villa cedere possit, ecclesia Brandenburgensis sibi plenarie retinebit; si vero in secundo anno et ante festum Pentecostes reemerit, statim postquam argentum scilicet ducentas marcas et sexaginta Brandenburgensis ponderis et monete solverit, tota jurisdicatio et servitium velle Vrederikestorp sibi plenarie tribuatur, precariam autem integre sicut in anno primo ecclesia Brandeb. sibi retinebit, quod si rustici illius ville in danda tali precaria rebelles vel negligentes, postquam dux habuerit jurisdictionem illius ville Vrederikestorp, fuerint, per advocatum sepedicti ducis dicta precaria nomine Brandeb. ecclesie ac si duci cederet, extorqueatur. Si vero in tertio anno reemerit idem per omnia sicut in secundo; si vero per illud triennium reemere neglexerit, ultra ad festum Pasche ad remeendam inducias, habebit. Quod si infra illud tempus non reemerit, sepedictam villam Vrederikestorp, ecclesie Brandeb. perpetuo manebit subnixa. Testes hujus rei sunt Thedolfus dominus de Nydeke, Tylo de Noppin, Conradus de Tumen et Conradus Vogelfak, milites, ac dominus Tydericus, notarius predicti ducis, nec non Bodo plebanus in Belyz. In hujus facti evidens testimonium prefatus dux Rudolfus, ac Johannes, predictae ecclesie Brandeb. prepositus, prefens scriptum fecerunt suorum sigillorum munimine confirmari. Actum et datum in Belyz anno domini M^o. CCC^o. XIII^o. dominica Populus Syon.

Nach dem Originale.